

Seiten sichtbar waren, ohne hindurchzugehen, ansehen, ich denke an die Schilderung, welche Stephan von Bourbon von dem Marquis Robert von Monferrand macht (Hampe S. 289): cum quibusdam clavis carnem suam singulis feriis sextis usque ad sanguinis effusionem configebat. Damit will ich nicht für selbsttätige Beibringung solcher Wundmale durch Franziskus eintreten. Es fragt sich, ob die Mediziner solche auf beiden Seiten der Hände und Füße sichtbare Nägelmale als durch Autosuggestion entstanden für möglich halten. Mir ist diese Annahme bisher stets näherliegend erschienen, als die asketische Selbstverwundung, aber ich überzeuge mich immer mehr, daß die Mehrheit der medizinischen Sachverständigen die Wundmale des Franziskus für ein „Artefakt“ ansieht,

2.

Zu Matthäus de Cracovias Kanzelrednerischen Schriften¹.

Von

Dr. Gustav Sommerfeldt.

Eine Festrede ist des Matthäus Gelegenheitsschrift „Facite vobis amicos“, und zwar wurde sie aus Anlaß einer Feier des Festes Mariä Himmelfahrt (15. August) gesprochen. In bündiger, keineswegs weitschweifiger Weise legt Matthäus hier auf Grund von Lukas 16, 9 dar, wie die, meist auf unrühmliche Weise erworbenen Reichtümer der Welt allein dem Zweck zu dienen hätten, sich das Wohlwollen der Mitmenschen zu sichern und die Freundschaft zu pflegen².

Liegt es in der Natur der Sache, daß bei solcher Behandlung des Themas und dem rein aufs Paränetische hingehenden Zweck der Abhandlung neue Fakten zur Zeitgeschichte sich nicht ergeben können, so ist doch der Gedankengang ein so erfreulicher, die Deduktionen, bei denen einmal sogar Bezugnahme auf Seneka stattfindet, werden so geschickt aneinandergereiht, daß die Lektüre dieser Predigt in höherem Maße förderlich sein kann, als es bei der Mehrzahl der scholastischen Erzeugnisse jener Epoche der Fall ist.

1) Vgl. ZKG. XXV, 604—625.

2) Kurze Erwähnung des Sermons bei Sommerlad, Matthäus von Krakau, S. 74.

Die, soweit bekannt, einzige Handschrift, die den Sermon wiedergibt, ist der in der Krakauer Jagellonischen Bibliothek enthaltene Quartkodex 2286 (von verschiedenen Händen im 15. Jahrhundert geschrieben, Papier, mit einzelnen Pergamentblättern untermischt), Blatt 96 b — 99 a, ein Umstand, der die Annahme nicht zu gewagt erscheinen lassen wird, daß Matthäus die Festrede nach Endigung seines Prager Aufenthalts, somit in der Zeit seines Krakauer Wirkens als Rektor der Hochschule (etwa 1391 bis 1394), daselbst¹ gehalten haben werde. Das zeitgenössische Inhaltsverzeichnis am Schluß der Handschrift 2286 bemerkt, ganz entsprechend der Überschrift: *Facite vobis amicos: sermo magistri Mathei de Cracovia.*

„Sermo magistri Mathei de Cracovia, doctoris theologie“². — „Facite vobis amicos de mammon ainiquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula, Luce 15³. Quando diligentes se simul fuerint, et debent abivicem separari, tunc solent dulcissima habere colloquia, sicut Christus facit post cenam pascalem, signa amoris ostendere et cordialissimis affectibus optare prospera, se sibi mutuo commendare. Exemplum huius habemus in Thobia minore, quando a socero suo recessit, Thobie 10⁴. Cum igitur istis octo diebus dante domino spiritualiter cum beata virgine Maria, maxima delectacione nostra, et a nobis precipue diligenda, fuerimus, et ideo quodam modo ab ea separari debeamus, saltem quoad hoc, quod sancta mater ecclesia hodie cessabit officium asumpcionis eius⁵ agere, dignum est ad conclusionem bonam huius festi devotissime oracionis colloquium habere cum ea, signa amoris et desiderii nostri ad eam per lacrimas ostendere in evidenciam, quod invicem⁶ separemur, et libenter vellemus esse cum ea, et⁷ intimo corde cum omni fiducia nos ei recommendare, ut, si adhuc non possumus manere, saltem fiat nobis talis amica, ut, cum presens vita defecerit, recipiat nos in eterna tabernacula⁸.

1) Sommerlad S. 26 und ZKG. XXII, S. 469—470. Die einzige bisher mit wirklicher Sicherheit als ein Werk des Matthäus festgestellte ausführlichere Postillensammlung von Predigten liegt in den Handschriften Wien, Hofbibliothek Lat. 4156 und Prag, Öffentliche Bibliothek 1497 vor. Sie beginnt: *Ambulans Jhesus iuxta mare Galilee* (Sommerlad S. 61), und kann ihrer Entstehung nach leicht ebenfalls in die Krakauer Zeit des Matthäus fallen, da Matthäus in Prag 1497, Blatt 40 a—122 a bezeichnet ist als „plebanus quondam in leta cura [d. i. Teynkirche] Prage“.

2) Einzelne Stichworte des Sermons sind von der Hand des Schreibers am Rande wiederholt. Die Handschrift enthält vorwiegend Abschriften von den Werken des hl. Augustin und anderer Patristen der alten Zeit.

3) Richtig Luk. 16, 9.

4) Tobias 10, 1—7.

5) Assumptio Mariae, 15. August.

6) Hds.: invicem.

7) Hds.: ut.

8) Hds.: thabernacula.

Et quia dominus nos in verbis propositis hortatur, ut possimus scire modum agendi pro impetranda gracia etc. — Quamvis tria requiruntur ad prudentem, sicut dicit Seneca de quatuor virtutibus: si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispense- tur: futura provide, presencia ordina, preterita recordare! Prin- cipalissimum tamen horum est providencia futurorum, nam preterita lapsa sunt, et revocari non possunt, hoc solum boni conferente eorum recordacione, quod homo potest ex preteritis coniecturare de futuris. Presencia autem tunc maxime ordinantur, quando sic regulantur, ut valeant pro futuris. Et ideo salvator in verbis premissis facit duo: primo, ne negligentes simus, hortatur nos ad maturam providenciam, secundo ut in hoc diligenciores simus, ostendit nostram indigenciam, ibi „ut cum defeceritis“. Quoad primum, primo docet providendi formam et qualitatem, secundo ostendit nobis, non deesse materiam et facultatem, ibi „de mam- mona“. Quoad primum requiritur nostra accio, unde dicit „facite“, Crisostomus ostendit, quod non simpliciter aliorum amicitia nobis patrociniabitur, nisi bona opera nos comitentur, nisi evacuemus iuste divicias congestas iniuste. Requiritur eciam aliorum benigna affectio, unde dicit „amicos“, qui diligunt vos et bonum volunt, Proverbiorum 17¹: omni tempore diligit, qui amicus est; diligere autem ibi, est bonum velle. Ubi animadvertendum², quod ad amicitiam instaurandam inter aliquos tria requiruntur: virtuosa bonitas, mutua familiaritas et consentanea voluntas. Primum, scilicet virtuosa bonitas, requiritur, quia secundum prophetam inter malos non est vera amicitia, et ideo non possumus habere amicitiam malorum, nec demonum nec hominum. Ex quo enim se ipsos odiunt iuxta illud Psalmi: qui diligit iniquitatem, odit ani- mam suam; neminem utique diligunt, Ecclesiastici 14³: qui sibi nequam, cui bonus? Item: ex eadem ratione non possumus habere amicitiam bonorum, nisi sumus boni. Naturale enim est odium inter oves, que sunt Christi, et lupos, id est eos, qui sunt mali, 2. Corinthiorum 6⁴: que participacio iusticie cum iniquitate, aut societas luci ad tenebras, aut que convencio Christi ad Belial? Et ideo non speremus amicitiam bonorum, nec in via, et multo minus in patria, nisi boni efficiamur. Deturpacio enim esset bono: diligere malum ut talem. Sed quia multi sunt boni, et si ex caritate gene- raliter se diligunt, tamen non proprie secundum morales philosophos dicuntur amici. Ideo requiritur secundum, scilicet familiaritas mutua, 1. Petri 1: in omni conversacione sancti sitis, quia non cum sancto quis sanctus est; et ideo si aquirere volumus sanctorum

1) Sprüche Sal. 17, 17.

3) Pred. Sal. 14, 5.

4) 2 Kor. 6, 14—15.

2) Hds.: advertendum.

amiciciam, cum Paulo apostolo conversacio nostra in celis sit per continuam de eis meditacionem, desiderium essendi cum eis, et frequentem oracionem. Sed ista duo premissa non faciunt adhuc perfectam amiciciam, nisi sit concors voluntas amicorum. Nam est idem velle et nolle, ut dicunt philosophi. Cum igitur boni, et maxime beati, non sint iam mutabiles in voluntate, sed in bono confortati, ideo non potest esse concordia voluntatis nostre cum eis, nisi nos odiamus mala, contempnamus terrena, nichil diligamus nisi celestia. Talis est enim voluntas eorum. Hinc oramus continue: fiat voluntas tua, sicut in celo, id est in beatis, et in terra, id est in nobis terrenis. Ne autem aliquis dicat: ego non sufficio ad tam magnorum amiciciam aquirendam, quia nimis alti sunt michi, ideo salvator ostendit nobis huiusmodi amiciciam aquirendi materiam et facultatem, quasi dicat: non potestis vos excusare per insufficienciam de faciendo vobis amicos, quia non requiritur multum ad hoc. Potestis enim hoc facere de mammona iniquitatis, ubi considerandum, quod secundum beatum Augustinum de verbis domini non est intellegendum, quod homo de iniuste aquisitis per fraudem, rapinam, furtum, offerendo sanctos possit placare, vel amicos habere, quando per hoc deum facit sibi inimicum, Ecclesiastici 34: qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimet filium in conspectu patris. Sed est intellegendum, quod omnia bona temporalia dicuntur mammona vel divicie iniquitatis propter tres raciones. Primo secundum Augustinum de verbis domini: quia non vere divicie sunt, sed paupertate plene et semper obnoxie casibus. Si enim divicie essent, securitatem tibi darent. Secundo secundum beatum Augustinum de questionibus ewangelistarum: quia temporalia non sunt divicie nisi iniquis, qui spem et gaudium suum constituunt in ipsis; a iustis vero, eciam cum possidentur, non sunt eis divicie, sed onus, quod oportet in hac miseria ferre. Hinc dicendum, cum esset rex habundans in temporalibus, dixit: „exaudi me, quoniam inops et pauper sum ego“. Tercio, quia secundum glosam super approbatam, — et est verbum beati Augustini —: omnis dives aut est iniquus aut heres iniqui. Illud verbum Augustini, et si non potest semper universaliter recipi, potest tamen bene communiter et pro maiori parte verificari. Quod declarat beatus Basilius dicens: in pluribus enim predecessoribus necesse est aliquem reperiri, qui iniuste usurpaverit aliena. Sed esto, quod quis habeat tales divicias, quas nunquam prius quis habuit adhuc, ille dicuntur secundum Theophilum opes nequicie, quas, cum dominus dederit ad inpendia necessitatis fratrum, nos tenemus nobis. Hec ille. Quod potest sic suaderi: ille enim non est equus, sed iniquus, qui, cum habeat substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem patientem, viscera sua claudit ab eo. Illud patet, quia talis modo servat caritatem

dei, sicut dicitur 1. Johannis 15: nunc autem quis est inter divites, qui hoc sufficienter impleat et dives permaneat. Animadvertendum ¹ autem, quia quantumcunque quis modicum de temporalibus habeat, adhuc tamen de illo potest sibi amicos facere, quia secundum beatum Gregorium in omelia, regnum celorum tantum valet, quantum habes; et si nichil aliud habeas, pax est hominibus bone voluntatis, pax, inquam, cum deo et sanctis eius. Potest autem bona voluntas nostra dici mammona iniquitatis, quia raro vel nunquam habemus tam bonam et puram voluntatem, quin aliquid de temporalibus, que ad divicias iniquorum pertinent, appetamus. — Secundo dictum est in verbo premissio: ostenditur nostra magna de amicis indigencia, et hoc ideo, quia id, in quo deficimus, ab ipsis accipimus vel accipere possumus. Circa quod animadvertendum ², quod nullus adultus usum rationis habens potest salvari ex alienis meritis sine propriis, et ad hoc innuendum dicit salvator: „ut cum defeceritis“. Non inquam: cum omnino nichil boni feceritis, sed cum faciendo fideliter diligenciam vestram defectum aliquem habueritis, in hoc succurrent vobis, ut recipiamini in eterna tabernacula. Succurrunt autem vobis ad hanc vestram receptionem dupliciter: primo, ut a deo recipiamini vos adiuvando, secundo vos, quantum est de se, cum gaudio recipiendo. Primum faciunt dupliciter: preterita huius vite bona vobis communicando, secundo etiam de penitencia vobis orando. Quoad primum sciendum, quod, quia deus omnes sanctos et beatam virginem remunerat ultra condignum et plus quam unquam meruerunt, et sufficientissime retribuit pro omnibus bonis, que fecerunt, posset aliquis querere, quomodo nobis possint preterita ipsorum merita succurrere, pro quibus ipsi ultra quam meruerunt, sunt remunerati? Ad quod potest dici, quod quodlibet opus ex caritate factum duo bona includit, quia videlicet est meritorium eterni premii et satisfactorium pene pro peccato debite ³. Si quis enim dicit oracionem pro aliquo ex caritate, vel dat elemosinam, prodest quidem illi, sed nichilominus meretur premium eternum sibi. Unde propheta: oracio mea in sinu meo convertetur. Et est hoc valde consolatorium peccatoribus, quod, quando quis penitens vere dicit vel facit aliquid ex caritate pro penitencia sibi iniunctum, nichilominus meretur per hoc de eterno premio, quam si ex eadem caritate diceret, et pro nullo peccato satisfacere haberet. Quia igitur sancti multa bona et magna fecerunt, per que magna premia meruerunt, et plures eorum non tam magna satisfaccione indigerunt, ymmo aliqui valde modica, deus remunerat eos, scilicet sanctos, premiis, que

1) Hds.: Advertendum.

2) Hds.: debiti.

3) Hds.: advertendum.

meruerunt. Sed ne hoc sit inane et quasi perditum, quod opera eorum erant satisfactoria, cum ipsi illo non indiguerunt, istud bonum satisfaccionis communicatur in indulgenciis amicis sanctorum hiis, qui sunt in gracia dei, non aliis. Et est valde notandum, quod, quia per indulgencias non dimittitur vel remittitur nisi pena, quisquis principaliter hoc querit in indulgenciis, quod per eas datur, videlicet remissionem pene. Ille non est capax indulgenciarum, quia quilibet debet principaliter gloriam dei querere et eternam salutem suam. Potest tamen homo bene et meritorie querere remissionem pene non principaliter, sed propter acceleracionem visionis divine, ut non diu post mortem careat beatifica dei visione, vel ex aliqua alia bona causa finali. Et ideo homines deberent magis esse solliciti, quod obtinerent dei gratiam, quam quod mererentur indulgenciam, quia indulgencie sine gracia non veniunt, sed gracia gratum faciens semper sufficit ad salutem. Et quia inter omnes sanctos post deum virgo plura et maiora opera fecit, et nulla satisfaccione indignit, quia nullum peccatum comisit, ideo speciali affectu eius ecclesie visitande sunt, et reliquie honorande, ut communicentur nobis eius opera, de quanto sunt satisfactoria. Nichil enim videtur esse indulgenciarum donacio, nisi operis satisfactorii in aliud opus communicacio, quasi dicat deus vel vicarius Christi: tu teneris tantum ieiunare vel errare¹. Fac illud servicium beate virgini ut tali sancto, et sis de illo solutus. Non solum autem sancti communicant nobis bona sua, sed eciam orant pro nobis et desiderant nos cum gaudio recipere. Non impediamus ergo nostrum et ipsorum gaudium per vitam nostram malam, sed studeamus ita deflere peccata, emendare mores et in omnibus ita vivere, quod ipsi de nobis et nos cum ipsis possimus iugiter gaudere. Quod nobis concedat etc“.

Von dem Obigen unabhängig sei zu Zeitschrift für Kirchengeschichte 28, Seite 188—198 hier ferner bemerkt, dafs die dasselbst nach einer Prager Handschrift (jetzt Nr. 1482, vgl. J. Truhlář, Catalogus I, Seite 1481) von mir mitgeteilte „Invektive“ des Bartholomäus de Monticulo vom Jahre 1408 schon vorher nach anderer, heute vielleicht verlorener handschriftlicher Vorlage, die sich um 1730 im Besitz des französischen Staatsmannes Germain L. Chauvelin († 11. April 1762) befand², abgedruckt ist bei E. Martène et U. Durand, Collectio

1) Hds.: erare. — Der in der Handschrift Blatt 99 ff. sich anschliessende Sermon (vgl. W Wisłocki, Catalogus S. 546) ist ein solcher des spät schreibenden Doktors der Theologie Johann Isner und betrifft das gute und schlechte Gewissen. Die Incipitworte lauten: Consciencia est speculum, quod nobis figuratur.

2) Briefe von ihm aus den Jahren 1733—1737 nebst einer Parlamentsrede und dem Epitaph auf ihn befinden sich in der Bibliothèque

veterum scriptorum et monumentorum historicorum. Band VII. (Paris 1733), Spalte 875—881. — Wenn sich aus diesem Druck zahlreiche Berichtigungen des Prager Textes ergeben, so ist an anderen Stellen hinwieder die Prager Handschrift vollständiger und bietet Verbesserungen des Wortlauts dar.

Ohne die Lesarten im einzelnen zu registrieren, sei erwähnt, daß die sinngemäßen Worte „tu te Lucam, ut ibi pretenderes, contulisti“ (Z. f. Kirchen-G. Seite 193, Zeile 31—32) in der Handschrift Chauvelins (= Martène et Durand Spalte 876) entstellt sind in „tute locum, ut idem pretenderes, contulit“; der Name des Paul Guinigi (Z. f. Kirchen-G. Seite 195, Zeile 5) ist bei Chauvelin (Martène et Durand Spalte 877) übergangen; Z. f. Kirchen-G. Seite 196, Zeile 37—38: dominos cardinales fehlt in Chauvelins Handschrift ebenfalls; statt „Kerckhoff“ Z. f. Kirchen-G. Seite 197 Zeile 25 hat Chauvelin (Martène et Durand Spalte 880) falsch „Berthoff“; Z. f. Kirchen-G. Seite 197, Zeile 40 „Luca abscessisti“ bei Chauvelin (Martène et Durand Spalte 880) unrichtig „Lucam accessisti“; statt Z. f. Kirchen-G. Seite 198, Zeile 14 „que prescripsi, scriptorum“ bei Chauvelin (Martène et Durand Spalte 881) „que scripsisti, scriptoris“; die Worte Z. f. Kirchen-G. Seite 198, Zeile 26—27 „qui si sic — cathalogo“ fehlten in der Handschrift Chauvelins, ebenso die Unterschrift „B. de Monticulo“.

Man wird, wie wir sehen, gut tun, bei Bezugnahme auf die „Invektive“ nicht ausschließlich nach dem Abdruck der Collectio zu zitieren, sondern daneben auch den in dieser Zeitschrift nach dem Prager Kodex gebotenen Text heranzuziehen.

de l'Arsenal zu Paris. Seine Manuskripte kamen meist in die Sammlung der Abtei Saint-Germain des Prés und von da in die Nationalbibliothek zu Paris. — Nr. 12542 oder 12543 könnte oben in Frage kommen.